

Band IV., Nr. N158, Seite 456-458

Die Äbtissin Mechthilde von Buchau bezeugt, dass längere Streitigkeiten ihres Klosters mit dem von Isny in Betreff eines Hofes zu Betzenweiler durch wiederholte schiedsrichterliche Sprüche ausgeglichen worden seien.

Bad Saulgau, Um 1249.

Mechtildis, dei gracia B̄chauigensis^a ecclesie abbatissa, universis presentem paginam inspecturis salutem in salutis auctore. Vergente in senium heu mundi astutia, supercrescente iniquorum versucia, necessitatis expostulat ratio, ut ea que ordinantur litterarum apicibus studiose commendentur, ne viciose posteritatis argutia obfuscatione aliquatenus vetustatis ea valeat enervare, mutare vel infringere. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod cum causa, que vertebatur inter nos ex una et Bertoldum abbatem et eius conventum de Hyseni¹ ex altera parte super curte in Bencewiller iam diutius esset agitata et partes expensis et laboribus essent pregravate, in prepositum tandem de Sorech² tamquam in arbitrum a partibus concorditer fuit compromissum, ita quod nos abbas et ab[b]atissa pro nobis ac conventibus nostris fide data promisimus, sine dolo et fraude arbitrium servaturos. Idem prepositus consideratis cause circumstantiis dictam curiam arbitraliter adiudicavit ecclesie nostre perpetuo possidendam adiciens, ut nullis deductis expensis annuatim in festo beati Martini monasterio de Hysenina de provenitibus dicte curie viginti solidos Constantiensis monete persolveremus. Fuit insuper adiectum, ut, si forte casu quocumque redditus dicte curie ad summam viginti solidorum non extendere contigerit, sepedictum monasterium de estimatione reddituum ipsius curie quantum ad illum annum deberet permanere contentum. Ad maiorem autem cautelam dictus prepositus penam adiecit, ut pars non servans arbitrium viginti marcas puri argenti solveret servare volenti. Post aliquot vero annorum elapsu^b nos abbatissa iam dictam penam viginti marcarum incidimus XX^{ti} solidos Constanciensis monete de memorata curte non solvendo, super qua summa argenti abbas et conventus de Hysenina actionem habere volentes ad iudicium chori Constantiensis nos trahere decreverunt, quod volentes effugere in magistrum Radolfum, rectorem puerorum de Hysenina, et Ludewicum, villicum de Ertingen, tamquam

^aSo und nicht *Buchaugiensis* die Urkunde.

^bHier fehlt ein Wort wie *curriculum* oder *spatium*.

¹Isny.

²Bad Schussenried.

II

in arbitros conpromisimus utrobique, qui cause circumstantias considerantes consilio usi sapientum amicabilem inter nos conpositionem statuerunt hanc condicionem adicientes, ut abbas et conventus Hyseniensis curiam in Bencenwiler cum suis attinentiis censuali pactione pleno iure imperpetuum possideant, corporale pro censu dicte curie annuatim in nativitate beate virginis Marie persolvendo. Ut autem hec rata et inconcussa permaneant, presens scriptum sigillis nostri et conventus fecimus roborari.

 Acta sunt hec in burgo Sulgen, in domo civis qui dicitur Irmindegen, anno gracie M^o. CC^o. XL^o., indictione³, XVI^o. kalendas Aprilis, sub Innocentio IIII^{to} papa, regnante in Alemania Willehalmo comite Hollandie a dicto papa contra Fridericum quondam imperatorem in Romanum regem electo. Testes huius sunt: Albertus decanus de Ertingen, Radolfus presbyter et vicarius in Sulgen, Radolfus rector puerorum in Hysenina, Ludewicus villicus de Ertingen, Birchi minister in Sulgen, Irmindegen civis de Sulgen, Radolfus dictus Silbirer, Cÿno dictus Vlatir, Albertus dictus Comes, magister Eberhart de Iustingen; ex famulis ecclesie Hyseninensis: Bertolt et Cö[n]rat fratres dicti Envdis, Hainrich dictus Niger, Conrat dictus Sibant, Hainrich Hapunstil et alii plures. Datum IIII^{to} nonas Aprilis et cetera. Amen.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Beide Siegel sind abgefallen und nur noch die hellrote bzw. dunkelrote Seidenschnur, an der sie hingen, vorhanden. Auf der Rückseite der Urkunde steht von späterer, jedoch alter Hand *Pro censu dabatur quondam corporale abbatisse in buchow*.

³Die Zeit der Handlung und diejenige der Ausstellung der Urkunde unterliegen Anständen. Für die Zeit der Handlung steht nur der Tag, März 17. fest, und es ist sowohl nach M^o. CC^o. XL^o. als nach *indictione* Raum zur Einsetzung von Zahlen gelassen, sodass der Schreiber der Urkunde offensichtlich das Jahr nicht genau wusste. Als Ausstellungsdatum ist ebenfalls lediglich der Monatstag, April 2, nicht auch die Jahreszahl genannt. Die für die Zeit der Handlung in der Urkunde selbst angegebenen Anhaltspunkte betreffend, wurde König Wilhelm 1247 Okt. 3 gewählt und 1248 Nov. 1 gekrönt (gest. 1256), Papst Innozenz IV. regierte 1243–1254, Kaiser Friedrich II. starb 1250 Dez. 13. Es ist jedoch nicht wahrscheinlich, dass schon in der ersten Zeit König Wilhelms gerade in Schwaben nach seiner Regierung gerechnet worden sei, andererseits scheint der Ausdruck *contra Fridericum quondam* (d. h. nach dem Sprachgebrauch der kirchlichen Partei jener Zeit den dereinstigen, abgesetzten, nicht: den verewigten) *imperatorum electo* darauf hinzuweisen, dass die Handlung noch zu Lebzeiten Friedrichs, und nicht erst während der Regierung seines Sohnes Konrad, vor sich gegangen sei. Dazu passt auch, dass der Schreiber der Urkunde die Handlung bestimmt nicht erst in die 50er Jahre setzte, sowie dass nach der in Isny befindlichen, allerdings späten, *Chronica monasterii Isnensis* von 1729 Abt Berthold II. 1240–1250 regiert hätte. Das Äussere und der Inhalt der die Schriftzüge der Mitte des 13. Jahrhunderts tragenden Urkunde im Allgemeinen geben keine Anhaltspunkte zur Annahme einer Fälschung.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Archiv des Fürsten von Quadt zu Wykradt und Isny

Signatur/Titel des Originals:

Klosterarchiv Isny, Bestand A (Urkunden), Nr. 8

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Bad Saulgau

Aussteller:

Mechthilde; Äbtissin von Buchau

Ortsindex:

Bad Buchau Wohnplatz (17062)
 Bad Buchau, BC
 Bad Saulgau Wohnplatz (21324)
 Bad Schussenried Wohnplatz (17071)
 Bad Schussenried, BC
 Betzenweiler Wohnplatz (17105)
 Betzenweiler, BC
 Deutschland
 Ertingen Wohnplatz (17264)
 Ertingen, BC
 Holland
 Isny im Allgäu Wohnplatz (19528)
 Isny im Allgäu, RV
 Justingen Wohnplatz (16938)
 Justingen, Schelklingen, UL
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Saulgau, Bad Saulgau, SIG